Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift



metent · euntes ibant & flebant mittentes semina sua ·
uenientes autem uenient cum exultatione tollentes manipu
los suos; audite si adiuuante dno explicare potuero ·
quemadmodum ad omnes pertineat · euntes ibant & flebant ·
Ex quo nascimur [illegible] imus · Quis enim stat? Quis non ex quo
uiam intrauit cogitur ambulare? Infans natus est · inde iam
ueniendum est · s; cum exultatione · Quis enim non hic plorat
in uia ista mala · quando ipse infans inde incipit?
Utique infans quando nascitur de angustiis uteri in
huius mundi latitudinem funditur · de tenebris procedit
ad lucem · & tamen de tenebris ueniens ad lucem · plorare
potest ridere non potest; Et rident homines · & plorant
homines · & quod rident homines plorandum est · S; plorat
alius dampnum suum · plorat alius pressuram suam · quia in carcere
est constitutus · plorat alius quod amiserit mortuum aliquem
carissimorum suorum · Ille hinc · hinc ille · iustus unde? Primo
de his omnibus · Iustus enim ueracitur plorat plorantes sterilitur ·
plorat plorantes · plorat ridentes · quia qui & plorant
de rebus uanis inanitur plorant · & qui rident de uanis rebus ·
rident malo suo · ille ubique plorat · plus ergo ipse plorat ·
S; uenient cum exultatione · portantes manipulos suos ·
Uidens ergo hominem iustum cum facit opus bonum hilarem esse ·
ita plane hilarescit · hilarem datorem diligit deus · Quando
ergo plorat? Quando bona opera sua orando commendat;
Orationes sanctorum uoluit commendare psalmus · orationes